



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis in genere; de Baptismo, de Confirmatione, Eucharistia, Sacrificio Missæ; Constitutionem Innocentii XII. super celebratione Missarum, variaque alia decreta

Genet, François

Parisiis, 1703

Q. 8. Explicatur Augustini locus de forma Sacmentorum,

urn:nbn:de:hbz:466:1-40834

28 TRACTATUS I.

Quæst. 7. Quot modis accidere potest mutationis substantialis in Sacrementis?

D. Th. 3. p. q. 60. art. 8. Resp. Quinque modis. Primo, Circa additionem, inquit Divus Thomas, contingit aliquid apponi, quod est corruptivum debiti sensus. Puta si quis dicat: Ego te baptizo in nomine Patris majoris, & Filii minoris, sicut Arriani baptizabant; & ideo talis additionis tollit veritatem Sacramenti. Secundo, quando prætermittuntur aliqua verba essentialia: Manifestum est autem, ait ibidem Divus Thomas, quod si diminuatur aliquid eorum quae sunt de substantia forma sacramentalis, tollitur debitus sensus verborum & ideo non perficitur Sacramentum; ut si quis ita baptizare contendat, ut unum de predictis nominibus prætermittat, scilicet Patris & Filii & Spiritus sancti. v. g. si diceret: Ego te baptizo in nomine Patris & Filii, & omittet Spiritum sanctum. Tertio, Si sit tanta corruptio, q. 60. art. 7. ait idem Doctor, qua omnino auferat sensum locutionis, non videtur perfici Sacramentum: Puta si loco ejus quod est in nomine Patris,

D. Th. 3. p. q. 60. art. 8. dicat in nomine matris. Quartio, Si sit tanta interruptio verborum, ut ait Divus Thomas, ad 3.

quod intercipiatur intentio pronuntianis; tollitur sensus Sacramenti, & per consequens veritas ejus; non autem tollitur quando est pars interruptio que intentionem proferentis & intellectum verborum non aufert. Et idem est etiam dicendum de transpositione verborum, quia si tollit sensum locutionis, non perficitur Sacramentum. v. g. si quis diceret: Filii, Ego baptizo te in nomine Patris & Spiritus sancti.

Quæst. 8. Quomodo intelligenda sunt verba sancti Augustini relata in Can. Vnde ista tanta virtus aquæ, ut corpus tangat & cor abluit;

De Sacramentis. Cap. V. 29

nisi faciente verbo? Non quia dicitur sed quia creditur; nam & in ipso verbo aliud est sonus transiens, aliud virtus manens?

Nonne hinc colligere licet, verba non esse formam Sacramenti, quoniam ad ejus validitatem non est necesse ut proferantur, sed solum instituta sunt ad excitandam fidem fidelium a qua sola, juxta Calvinum, depender omnis vis & efficacia Sacramentorum?

Resp. Responderi potest his sancti Augustini verbis, cum Glossa in eundem Canone. Et quod dicitur, sed quia creditur, hoc ad suscipientem refertur; quia non exigitur fides conferentis, sed suscipientis, ab ipso enim dante sola intentio requiritur, faciendo scilicet quod facit Ecclesia: sed necesse est, ut is qui Baptismum recipit fidem habeat, ut gratiam recipiat, & tunc verbum efficit sanctificationem animae, non quia dicitur, sed quia creditur; ita ut non soli verborum pronuntiationi via animae sanctificandae, Christus adjunxerit, sed fidei quae verbis prolatis exhibetur.

Glossa suam probat explicationem ex ipsis Augustini verbis quae referuntur in Canone, ubi hic sanctus Doctor ait: Tunc valere incipit ad Canone. Tunc salutem Baptismus, cum illa fides veraci confessione recesserit, qua corde in malitia vel sacrilegio perseverante, peccatorum abolitionem non sinebat fieri: Et certum est Divum Augustinum voluisse tantum loqui de Sacramento in quantum sanctificat animam, cum dicat, corpus tangit, scilicet aqua, & cor abluit: fides enim necessaria est in eo qui suscepit Sacramentum, ideo dicit, sed quia creditur: quod tamen de solis adultis intelligendum est; quoniam, ut ait idem Doctor relatus in Canone, Cum pro parvulis alii respondent ut impleatur erga eos celebratio Sacramenti: va-

Glossa. in
Can. Deinde
verbo, Credi-
tur.

Can. Tunc
valere. De
Consecrat.
dist. 4.

Can. Cum pra
parvulis, De
Consecratis,

30 · T R A C T A T U S I.

let utique ad eorum consecrationem , quia ipsi respondere non possunt. At si pro eo qui respondere potest , alius respondeat , non itidem valet. In eodem ipso loco unde desumitur objectio , sanctus Augustinus ait. Hoc verbum fidei tantum valet in Ecclesia Dei , ut per ipsum credentem , offerentem , benedicentem , tingentem , etiam tantillum , mundet infan- tem , quamvis nondum valentem corde crede- re ad iustitiam ex ore confiteri ad salutem:

In 6. p. Bre-
viloq. cap. 7.
De iniquitate
Bap. ism.

Quoniam , ut ait sanctus Bonaventura , Ori- ginalis peccatum trahitur aliunde , ex parvu- lum facit concupisibilem , ex adultum adiu- concupiscentem ; necessaria est adulto fides propria ex penitentia , sed parvulo sufficit alia , que scilicet est in universalis Ecclesia.

Responderi etiam potest , sanctum Augusti- num nihil aliud velle , quam sonum exterio- rem verborum , nos habere vim physicam la- vandi animam , sed solum quia verbum est continens mysterium , quod est objectum fidei Ecclesiae.

Quast. 9. Quale peccatum committit ille qui mutat aliquid in materia aut forma Sacra- mentorum ?

Cap. 4. Deu-
ter.

Resp. Committit peccatum ex natura sua mortale. Quod quidem primò probatur auto- ritate Scripturæ sacræ ; dicitur enim in Deute- ronomio , Non addatis ad verbum quod vobis loquor , nec auferatis ab eo : Unde licet colli- gere à fortiori , non licere quidquam mutare , in materia vel forma Sacramentorum , quo- niam verba Scripturæ sacræ adhibentur ad significandam non tantum voluntatem divi- nam , verum etiam ad sanctificandas animas nostras. Id etiam confirmatur auctoritate sancti Basili , qui ait : Ille à gratia excidit , sancto cap. II. qui addit aut detrabit ad verba prescripta in

s. Basili. lib.
de spiritu-
sancto cap. II.